



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Visitatio Deiparæ 2. Iulii, num. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

culentissimam, à Guillelmo Lindano Ruremundensi Episcopo latine redditam, quemadmodum testatur Baronius in notis ad Martyrologium ad hunc diem.

Annun-  
ciationis  
B. Virg.  
oñava.

Octavam porro festi Annunciationis Ordo Carmelitarum pro sua in Deiparam pietate religiosè celebrat: & quamvis olim in multis Ecclesiis hæc Annunciationis solemnitas ad 15. Calendarum Januariarum translata fuerit, quod Quadragesimæ tempus passioni Christi commemorandæ tributum esset, ac meritori potius, iustitque deberetur, ut videre est in Concilio Læodicensi cap. 51. & in Toletano 10. cap. 1. quod celebratum est sub Eugenio S. Ildefonsi avunculo Toletano Archiepiscopo anno Dom. 656. teste Mariana libr. 6. de rebus Hispan. cap. 9. Romana tamen Ecclesia diem ipsum 25. Martii, in quo *Verbum caro factum est*, retinendum censuit; quod ipsum servant Græci ex ipsorum Menologio. Sanctus verò Ildefonsus Toletanus Archiepiscopus Eugenii successor eam Annunciationis solemnitatem, quæ, ut dixi, ex Concilio Toletano 18. Decembris agebatur in Hispania, in expectationem partus B. Virginis commutavit; de qua plura infra, Ecclesia verò Ambrosiana, teste Galefino in notis ad Martyrologium, Annunciationem Domini in die Dominica, quæ Natalem Domini proximè antecedit, celebrare consuevit; quoniam sæpe in hebdomadam sanctam incidit, in qua ob passionem Domini solemniter celebrari non potest.

Cæterum de præstantia, ac dignitate sacratissimi mysterii in hac die Annunciationis peracti plura egimus cap. 8. hic solum adjiciam id, quod de hac solemnitate habetur in exordio orationis Athanasii de Annunciatione. *Primum, inquit hoc memoria subiiciendum, festum hoc unum esse ex dominicis festis, atque adeo primarium, & prorsus venerandum; utpote, quod pro ordine, & digestione rerum, quæ in Evangelio de Christo prædicantur, sacrosanctum habetur, quippe in quo de Filii Dei de cælis descensu agatur.* Hæc ibi.

#### VISITATIO DEIPARAE

die 2. Julii.

6. **V**isitatiois Beatæ Dei Genitricis festum, cum ad S. Elisabeth Præcursores matrem invitendam se contulit, institutum est ex S.

Antonino 4. par. tit. 15. cap. 24. §. 3. annum circiter 1385. ab Urbano VI. & à Bonifacio IX. confirmatum, vel potius promulgatum anno Domini 1389. ad Dei Genitricis opem ea instituta celebrata: impensius implorandam, propter gravissimum illud schisma, quod Ecclesiam Dei ab obitu Gregorii XI. usque ad Martinum V. miserè lacerabat, è medio tollendum. Cardinalis Baronius in notationibus in Martyrologium ad diem 2. Julii legisse se affirmat tractatum quendam manu scriptum Joannis Pragænsis contra quendam Adalbertum ejus solemnitatis impugnatorem, in quo cum plura eruditè disserat, nonnulla miracula, & certas revelationes afferit, quibus Deus hanc solemnitatem manifestissime comprobavit. Sæd Bonifacius IX. in suo de hoc festo diplomate fructum, quem ex hac celebritate colligere debemus, gravissimis verbis in hunc modum indicat. *Hanc igitur Visitationem felicis recordationis Urbani Papa Sexus prædecessor noster de fratrum suorum S. R. E. Cardinalium consilio annis singulis, ut Virginis matris Dei humile obsequium cognata exhibitum iugiter cordibus fidei sit infixum, in Ecclesia Catholica sexagenonas Julii in perpetuum celebrari instituit, & mox Indulgentias, quas idem Urbanus is concesserat, quæ Officio, vel Missæ ejusdem festi interessent, subjicit, Hujus festi Octavam ab Urbano VI. instar solemnitatis Corporis Christi institutam complures Religiosorum familiarè piè servant, ejusmodi sunt Cluniacenses, Præmonstratenses, Cistercienses Dominici, Augustiniani, Carmelitæ, & Cælestini.*

#### PURIFICATIO DEIPARAE

die 2. Februarii.

**P**urificatio Dei Genitricis à Latinis, & Græcis secunda Februarii quadragesimo à Nativitate Domini die tridè celebratur: hoc festum à Græcis *Hypapante Domini*, hoc est occursum, seu obviationem appellatur, quando videlicet Simeon occurrit Christo, qui in Templo præsentabatur, cujus exemplo Ecclesia in ejus diei officio omnes, ut Christo occurramus invitatur illis verbis: *Ecce venit ad Templum sanctum suum dominator Dominus; Gaudete, & lacare Sion occurrentes Deo tuo.* Et in Ecclesia quidem Orientali sub Justiniano Imperatore celebrari coeptam, occasione cuiusdam